ſus, & conſuetudinem toleratam non eſt le-
gitimus Confeſſor, quia ſuper eum non ha-
ber iuriſdictionem, neceſſarium eſt, quod
prius quàm ipſi confiteantur licentiam ad
id à ſuo Prelato obtineāt. Ita refert Angles.
q. de Confe. art. 8. diffi. 2. dub. 4. pag. 9. qui te
net contrariam opinionem, ſcilicet, quod ſuf
ficit pręſumpta licentia. Et ego inuenio ip-
ſum Silu. ver. Confeſ. 1. num. 6. ver. 8. Si Sacer
dos, hanc ipſam tenere opinionem, quam li-
benter amplector in fratribus itinerantibus,
& extra Monaſterium exiſtentibus, qui obli
uione naturali licentiam à ſuis Prelatis non
petierunt.

COMMISSARII GENERALES *apud Indos reſidentes.*

1 ¶ Conſtitutiones generales Toletì re-
formatę, anno Domini. 1583. in peculiaribus
ſtatutis ad Indias pertinentibus, cap. 3. circa
Commiſſarios Generales ſic ſtatuit.

¶ Et quia nimia illarum partium diſtan
tià, impedimentum præſtat, ne occurrentia
negotia poſſint à Generali Miniſtro, vel eius
Commiſſario Generali in curia reſidente ex-
pediri,